

LEONARDUS HUNTPICHLER

Österreich (Wien), 1469-1470 Seite 65v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

De Crudelitate demonum

Job

Ps^ta

Eccl^i

i pet. v^to

Ys

Jeremie

Greg. in 1° libro dyalogorum Ex^mi de monacho pessimo

crudeles Job. xvi. Collegit furorem suum in me
et comminans infremuit contra me dentibus
suis Aperuerunt super me ora sua et exprobrantes
percusserunt maxillam meam: et saciati sunt
penis meis Unde ps. Apparuerunt super me
os suum: sicut leo rapiens et rugiens Item
temptauerunt me: subsannauerunt me
subsannacione frenduerunt super me dentibus
suis Eccl^ci. xxi. Dentes illius dentes leonis
interficientes animas hominum hinc dicitur prima
petri. v. Quia dyabolus tanquam leo rugiens
circuit querens quem deuoret In die enim
nouissimo inuitabuntur dyaboli ad deuo-
randum peccatores ys^e. lvi. Omnes bestie agri
et uniuerse bestie silue venite ad deuoran-
dum Item Jeremie. xii. Venite congregamini
omnes bestie terre properate ad deuorandum
De isto refert exemplum beatus Gregorius in
libro dyalogorum Unde dicit quod erat quidam
theodorus non re sed tantum nomine monachus
cui in mirum graue erat si quis pro salute
aliquid loqueretur: non solum autem bona
non facere sed etiam non poterat audire hic